

Coll. Tarnop. S. J.

INSTITUTIONES PHILOSOPHICAE

02303


Ad usum Studiosorum Academicæ



R. P. JOSEPHO ANGIOLINI e SOCIETATE JESU

Ejusdem Academicæ Censuræ

1175



P O L O C I A E

Anna Domini 18

Typis Academicis.



WYKŁADY
FILOZOFICZNE

*Do użytku Studentów Akademii
Połockiej*

których Autorem jest

W. O. JÓZEF ANGIOLINI z TOWARZYSTWA JEZUSOWEGO

Kanclerz tejże Akademii

W P O Ł O C K U

Roku Pańskiego 1819

W DRUKARNI AKADEMICKIEJ

ARTICULUS 2dus.

De Ente ejusque essentia ac existentia.

6. *Definitio 4ta.* Quod aliquomodo est possibile; est *Ens*; & quod est absolute impossibile dicitur *non ens*.

Corollarium. Quidquid potest concipi, est possibile: igitur omne quod potest concipi, est *ens*.

Definitio 5ta. Essentia est id, per quod res talis fit: adeoque nihil prius essentiâ cogitari potest.

Essentia hæc est idea abstracta, quæ sola mente distinguitur ab ente. Idea essentiæ excitatur, dum omnia consideratione accidentalium & proprietatum entis, contemplamur dumtaxat id, per quod ens constituitur: hocque est primum in ente ita, ut nihil eò prius concipiatur, estque fons ac radix omnium proprietatum entis, ita ut omnes proprietates manant ex essentia, tanquam rivuli a fonte & rami a radice. Sic e. g. in triangulo nil prius concipitur tribus lateribus & tribus angulis, quibus ejus essentia constituitur; & unde reliquæ proprietates profluunt.

Corollarium 1um. Cum *Ens* in genere per hoc fiat ens, quod sit possibile; sequitur essentiam entis in genere esse ejus possibilitatem, seu absolutam non repugnantiam in prædicatis: Essentiam vero entis in specie esse talem specificam possibilitatem, sive non repugnantiam talium prædicatorum; quæ prima ponenda sunt, ut res talis intelligatur.

Corollarium 2dum. Cum talis absoluta non repugnantia, nunquam cæperit; hinc essentia cujuslibet entis est *cæterna*: cum hæc non repugnantia fieri nequeat repugnantia; hinc essentia cujuslibet entis *est necessaria*: cum, si quid ex iis dematur, per quæ res est, res eadem non erit; si quid addatur, res erit alia; hinc tertio essentia cujuslibet entis est *immutabilis*.

Scholion. Porro quæstio *quid sit*, a quæstione *an sit?* diversa est: hinc & essentia ab existentia differt. Sed essentia entis generatim spectati est ejus possibilitas. Ergo sola possibilitas ab existentia differt. Igitur ex eo, quod aliquid sit possibile, non sequitur idem quoque existere, seu ut habet axiomæ: *a posse ad esse non valet illatio*.

O BYCIE ORAZ JEGO ISTOCIE I ISTNIENIU

6. *Definicja 4.* Co w jakikolwiek sposób jest możliwe, jest *bytem*; a co jest bezwzględnie (absolutnie) niemożliwe, nazywa się *niebytem*.

Wniosek. Cokolwiek da się pojąć, jest możliwe; przeto wszystko jest *bytem*, co da się pojąć.

Definicja 5. Istota jest tym, przez co rzecz jest taka (a nie inna); i dlatego wpiery przed istotą niczego nie można pomyśleć.

Istota ta to pojęcie oderwane, które jedynie myślnie odróżnia się od bytu. Pojęcie istoty powstaje wówczas, gdy odwróciwszy uwagę od przy padłości i przymiotów bytu, przyglądamy się jedynie temu, co byt stanowi. A to jest w bycie pierwsze tak dalece, że nic pierwej przed nim się nie pojmuje i jest to źródłem i korzeniem wszystkich przymiotów bytu, tak że wszystkie cechy wypływają z istoty, jak strumyki ze źródła, a gałęzie z korzenia. Tak np. w trójkącie nie pojmuje się niczego przed trzema bokami i trzema kątami, które stanowią jego istotę i skąd wypływają pozostałe przymioty.

Wniosek 1. Skoro byt w ogóle staje się bytem przez to, że jest możliwy, wynika stąd, że istotą bytu w ogóle jest jego możliwość, czyli bezwzględna niesprzeczność orzeczników, a istotą bytu w szczególności (w odmiannie gatunkowej) jest taka swoista możliwość, czyli niesprzeczność orzeczników, które trzeba uwzględnić najpierw, by móc zrozumieć tę rzecz.

Wniosek 2. Skoro taka bezwzględna niesprzeczność nigdy się nie zaczęła, stąd istota jakiegokolwiek bytu jest *wieczna*. Skoro ta niesprzeczność nie może stać się sprzecznością, stąd istota któregokolwiek bytu *jest konieczna*. Skoro rzecz nie będzie ta sama, jeśli odejmie się cośkolwiek z tych czynników, przez które rzecz istnieje, a jeśli się cokolwiek doda, rzecz będzie inna; stąd po trzecie: istota jakiegokolwiek bytu jest *niezmienna*.

Przyczynek. A dalej zagadnienie *czym coś jest*, różni się od zagadnienia *czy jest?* Stąd też istota różni się od istnienia. Ale istotą bytu rozważanego w ogólności jest jego możliwość. Wobec tego sama możliwość różni się od istnienia. A więc z tego, że coś jest możliwe, nie wynika, że ono także istnieje, czyli – jak głosi aksjomat: *z tego, że coś jest możliwe, nie wynika, że istnieje*.

Et contra quod existit, est quoque possibile; si enim non esset possibile, foret impossibile & contradictionem involveret: atque adeo *simul esset & non esset*, quod est absurdum. Unde a contrario: *ab esse ad posse valet illatio...*

Definitio 6. Si essentia concipiatur per exclusionem existentiae, dicitur *pure intelligibilis*: si tantum cum praecisione, *intelligibilis simpliciter*: si cum unione illius, est *actualis* seu *existens*.

7. Definitio 7. Existentia entis est id, per quod ens in statu actuali constituitur. Existentia est duplex: alia *logica* in hoc sita, quod illius essentia ab intellectu quopiam sit cognoscibilis & actu cognita: alia *physica*, quae essentiam entis jam productam, seu in actuali statu physico collocatam designat.

Scholion 1. Duplici ratione existentiam ens obtinere potest: vel *a se ipso*, vel *ab alio*. Ens existens *a se* illud est, quod rationem existendi in se ipso continet; seu cujus ipsa essentia est ratio adaequata, cur existat: unde etiam, quod hoc modo existit, dicitur *existere per essentiam*. Tale autem existens est solus DEUS.

Existens ab alio est, cujus existendi ratio in alio continetur ab illo prorsus distincto; quod adeo ex se habilitatem tantum existendi habet; ut autem existat, pendet ab alio. Tale existens est omnis creatura: ut enim creatura existat, per DEUM stat.

Quod a se existit: appellatur *Ens a se*: ens vero *ab alio*, quod ab alio existit. Sed de his infra.

Porro in ente ab alio, ratio existendi duplex consideratur *causalis* & *formalis*. Causalis est illa, propter quam existit. Formalis autem illa, qua existit: seu est forma illa, per quam redditur existens. Ratio causalis tota est in DEO. Ratio autem formalis pendet quidem a DEO, cum ab illo effici debeat; intrinseca tamen est ipsi enti *ab alio*: neque enim aliud est, quam ipsa ejus existentia.

Scholion 2um. De intrinseca hac entium existentia duplex est quaestio apud philosophos: *Prima*, utrum essentia jam producta, actualis, physica distinguatur ab existentia entis pariter physica: seu utrum in productione essentiae debeat addi aliqua entitas, velut aliqua forma, per quam essentia producta vocetur & sit existens?

Przeciwnie, to, co istnieje, jest też możliwe; jeśliby bowiem nie było możliwe, to byłoby niemożliwe i zawierałoby w sobie sprzeczność; i tak *równocześnie byłoby i nie byłoby*, co jest niedorzeczne. Stąd na odwrót: *od bycia do możliwości ważne jest wnioskowanie*.

Definicja 6. Jeśli istotę pojmuje się, wykluczając istnienie, to nazywa się ona *czysto umysłową*; jeśli stosuje się przy tym tylko pominięcie myślowe – to jest ona *po prostu umysłowa*; a jeśli jest pojmowana w łączności z istnieniem, to jest ona wtedy *aktualna, czyli istniejąca*.

Definicja 7. Istnienie bytu jest tym, przez co byt się urzeczywistnia. Istnienie jest dwojakie: jedno *logiczne*, polegająca na tym, że jego istota jest poznawalna przez jakiś umysł i poznana aktualnie; drugie *fizyczne*, które oznacza istotę bytu już wytworzoną, czyli urzeczywistnioną fizycznie.

Przyczynek 1. Byt może uzyskać istnienie na dwa sposoby: *bądź od siebie samego, bądź od czegoś drugiego*. Byt istniejący *od siebie* to ten, który w samym sobie zawiera rację istnienia, czyli którego sama istota jest współmierną racją, dlaczego istnieje. Stąd też mówi się, że co istnieje w taki sposób, *istnieje przez swoją istotę*. Takim zaś jestestwem jest wyłącznie BÓG.

Byt istniejący dzięki czemuś drugiemu to ten, którego racja istnienia zawiera się w czymś innym, od niego całkowicie odrębnym, który dlatego posiada z siebie jedynie zdatność do istnienia. To zaś aby zaistniał, zależy od czegoś innego. Takim jestestwem jest wszelkie stworzenie; od BOGA bowiem zależy, by stworzenie istniało.

Co istnieje od siebie, nazywa się *bytem odsiebnym, a bytem pochodnym* to, co istnieje dzięki drugiemu. Ale o tym będzie mowa poniżej.

Dalej, w bycie pochodnym dostrzega się dwojaką rację istnienia: *przyczynową i formalną*. Przyczynowa to ta, ze względu na którą istnieje. Formalna zaś to ta, dzięki której istnieje: czyli jest to owa forma, przez którą staje się istniejący. Powód przyczynowy jest cały w BOGU. Powód zaś formalny zależy wprawdzie od Boga, gdyż przez niego powinien być wytworzony, jest jednak w samym bycie (*pochodnym*): nie jest bowiem niczym innym jak samym jego istnieniem.

Przyczynek 2. W związku z tym wewnętrznym istnieniem bytów pojawia się u filozofów dwojakie zagadnienie. *Pierwsze*: czy istota już wytworzona, aktualna, fizyczna różni się od istnienia bytu również fizycznego, czyli czy w wytworzeniu istoty trzeba by dodać jakąś bytowość, jakby jakąś formę, dzięki której istotę można nazwać wytworzoną i wchodzącą w istnienie.

Secunda, utrum essentia producta sit eadem ac intelligibilis?

Ad *Primam* respondeo; Existentiam ab essentia actuali reipsa non distingui evidens est: sed sola cogitatione nostra.

Probitur 1ma pars asserti: imo. Existentia entis est id, per quod illud intrinsecus redditur existens. Sed illud per solam suam essentiam actualem intrinsecus redditur existens: Ergo existentia entis reipsa nihil aliud est, quam actualis ejusdem essentia. Sed si ita. Ergo. *Minor primi syllogismi probatur*: Hoc ipso, quod essentia entis producatur, jam ens sine omni ulteriore forma sibi superaddita est existens: Ergo per solam suam essentiam productam sive actualem, intrinsecus redditur existens.

Ant. probtr. Hoc enim ipso, quod essentia entis producatur, jam ens, tametsi nihil porro sibi addatur, non est res pure possibilis: Ergo est existens.

Probitur 2da. Essentia entis actualis secundum se spectata, & seorsum ab illa existentia, quam illi superaddunt, v. est ens actu & proprie existens, v. non est? Si est: jam per se ipsum existit: inaniter igitur & sine ulla ratione illi adstruitur distincta existentia. Si non est: quomodo potest esse subjectum actuale *entitatis realis*, existentia nempe illius, quam ipsi instar formae adstruunt? Certe entitatem aliquam inhærere subjecto, quod non est actu & proprie ens existens, ne concipi quidem potest.

Probitur 3tio. Ex absurdo: Siqua entitas insuper, ab essentia actuali diversa, requireretur ad ipsam existentiam efficiendam, hæc certe ipsa haberet suam essentiam intelligibilem; vel igitur hæc entitatis essentia, ut ex pure intelligibili fiat existens, eget alia entitate & se distincta, vel non? Si hoc secundum: ergo potest essentia fieri existens per solam productionem, quin ei alia aliqua addatur entitas. Si primum: quæro iterum: & hujus secundæ entitatis essentia, ut sit & ipsa existens, requiritne aliam entitatem? & sic de infinitis aliis possum quærere. Ergo nulla alia entitas requiritur, ut actualis essentia dicatur reipsa existens. Ergo essentia actualis ab existentia reipsa non distinguitur: ad summum, nisi per intellectum nostrum, ut humanitas ab homine, quod in 2da parte nostri asserti diximus: itaque

Probitur 2da pars asserti, quæ facile patet: illa enim sola cogitatione seu intellectu nostro distinguuntur, quæ

Drugie zagadnienie: czy istota wytworzona jest ta sama co poznawalna umysłowo?

Odpowiadam na *pierwsze zagadnienie*. Jest oczywiście, że istnienie od istoty aktualnej nie różni się rzeczowo, lecz jedynie w naszym myśleniu.

Uzasadnienie pierwszej części twierdzenia: Dowód 1. Istnienie bytu jest tym, przez co dany byt staje się wewnątrznie istniejący. Otóż byt staje się wewnątrznie istniejący przez samą swoją aktualną istotę. Zatem istnienie bytu to w rzeczy samej nic innego jak jego aktualna istota. Lecz jeśli tak, to... *Uzasadnienie przesłanki mniejszej pierwszego sylogizmu:* Przez samo to, że istota bytu jest wytwarzana, jest już istniejącym bytem bez dodania mu jakiegokolwiek dalszej formy. Zatem staje się wewnątrznie istniejąca przez samą swoją istotę wytworzoną, czyli aktualną. *Uzasadnienie poprzednika:* Przez samo to bowiem, że jest wytwarzana istota bytu, byt już nie jest czysto możliwą rzeczą, chociaż nic więcej mu się nie dodaje. A więc jest istniejący.

Dowód 2. Istota bytu aktualnego rozpatrywana w sobie, bez istnienia, jakie jej dodają, albo jest bytem aktualnie i właściwie istniejącym, albo nie jest? Jeżeli jest, to już sama przez się istnieje. Niepotrzebnie więc i bez żadnego powodu dodaje się jej odrębne istnienie. Jeśli nie jest: to jak może być aktualnym podmiotem *bytowości rzeczywistej* owego istnienia, tego mianowicie, które jej dodają na kształt formy? Oczywiście, nawet pojąć nie można, by jakaś bytowość tkwiła w podmiocie, który nie jest aktualnie i właściwie bytem istniejącym.

Dowód 3. Z niedorzeczności: Jeśli by jakaś bytowość, różna od aktualnej istoty, była ponadto wymagana do wytworzenia samego istnienia, to ta z pewnością miałaby swoją istotę rozpoznawalną umysłowo. Albo więc ta istota bytowości, aby mogła się stać istniejącą z czysto poznawalnej, potrzebuje innej bytowości od siebie różnej, albo nie? Jeśli to drugie, to istota może stać się istniejąca przez samo wytwórstwo bez dodania jej jakiegóż innej bytowości. Jeśli pierwsze, to pytam ponownie: czy istota tej drugiej bytowości potrzebuje innej bytowości, by i ona była istniejąca? I tak mogę się pytać w nieskończoność ... A więc żadna inna bytowość nie jest potrzebna, aby aktualną istotę można było uznać za rzeczywście istniejącą. A zatem aktualna istota od istnienia nie różni się rzeczowo: co najwyżej jedynie myślowo – przez nasz umysł, jak człowieczeństwo od człowieka, co powiedzieliśmy w drugiej części naszego twierdzenia. A więc...

Uzasadnienie drugiej części twierdzenia. Łatwo można to wykazać: To bowiem różni się jedynie myślnie, czyli przez działanie naszego umysłu, co

diversis & separatis notionibus possunt a nobis repræsentari. Sed essentia entis actualis, ejusdemque existentia potest a nobis diversis & separatis notionibus repræsentari; nam hominis etiam existentis possumus sola attributa essentialia contemplari, non attenta ejus existentia, & vicifim. Ergo...

Ad *Secundam* quæstionem respondeo: *Affirmative*: Nempe, essentiam productam esse eandem ac intelligibilem quoad *rem*: non tamen quoad *statum*: seu existentiam entis non distingui realiter ab essentia mere possibili, nisi statu.

Prbtr ima pars: Existentia entis non distinguitur quoad *rem* ab essentia ejusdem actuali secundum priorem assertionem. Sed essentia entis actualis eadem est quoad *rem* cum essentia intelligibili seu mere possibili; iisdem enim attributis essentialibus constat ens existens, per quorum concordiam noscitur esse possibile antequam etiam existat. Ergo existentia entis non distinguitur ab ejus essentia intelligibili quoad *rem*. Sed si ita. Ergo... Sic e. g. si quæras: essentia Domus jam fabricatæ, i. e. structura parietum, tæci, ordo cubiculorum &c. estne eadem cum essentia domus ipsius delineatæ? quid respondeo? nisi quoad *rem* esse eandem. Si enim esset diversa; tunc talis delineatio non repræsentaret amplius talem fabricam; sed aliam: ergo non potest esse essentia ipsius domus delineatæ contra hypothesein. Ergo... Non tamen quoad *statum*: itaque.

Prbtr ada pars assert. Essentia entis mere possibilis datur solummodo in statu ideali seu intelligibili: existentia autem in statu actuali; cum sit ipsa ejusdem, ut diximus, *actualitas*. Ergo existentia entis & ejusdem mere possibilis seu intelligibilis essentia, dantur in diverso statu. Sed hoc est distingui quoad *statum*. Ergo quoad *statum* distinguuntur.

Ex hoc consequens est, essentiam quoque entis actualem distingui quoad ad *statum* ab essentia mere possibili.

Ut vero distinctionem hæc quoad *statum* intelligas, adverte: quod res, quamdiu datur solummodo in statu ideali seu intelligibili, detur cum negatione actualitatis realis; nec, nisi in sui idea, quæ nimirum a DEO aut mente alia repræsentatur, sit quidpiam determinatum: quando autem datur in statu actuali, jam detur cum actualitate.

można sobie przedstawić w różnych i osobnych pojęciach. Otóż istotę aktualnego bytu i jego istnienie możemy sobie przedstawić w różnych i osobnych pojęciach. Możemy bowiem rozpatrywać tylko istotne przymioty człowieka, również istniejącego, nie zwracając uwagi na jego istnienie, i na odwrót. A więc...

Na drugie zagadnienie odpowiadam twierdząco: mianowicie, że wytworzona istota jest ta sama co poznawalna umysłowo *rzeczowo*, ale nie co do *stanu*: czyli że istnienie bytu nie różni się *rzeczowo* od istoty czysto możliwej, chyba że stanem.

Uzasadnienie pierwszej części. Istnienie bytu nie różni się *rzeczowo* od jego aktualnej istoty stosownie do poprzedniego twierdzenia. Ale istota aktualnego bytu jest *rzeczowo* ta sama co poznawalna umysłowo, czyli czysto możliwa. Byt istniejący bowiem składa się z tych samych istotnych przymiotów, przez których zgodność poznaje się, że jest możliwy, zanim jeszcze zaistnieje. Przeto istnienie bytu nie różni się *rzeczowo* od jego istoty poznawalnej umysłowo. Lecz jeśli tak, to... Tak np. jeżeli zapytasz, czy istota domu już zbudowanego, to jest układ ścian, dachu, rozkład izb, jest taka sama jak istota tegoż domu narysowanego, to cóż odpowiem? Zapewne, że *rzeczowo* jest ta sama. Gdyby bowiem była różna, wtedy taki rysunek nie przedstawiałby już tej budowli, ale inną, a zatem istota tegoż narysowanego domu nie może być wbrew założeniu. A więc... Jednak nie co do *stanu*. A przeto...

Uzasadnienie drugiej części twierdzenia. Istota bytu czysto możliwego znajduje się jedynie w stanie idealnym, czyli poznawalnym umysłowo, istnienie zaś w stanie aktualnym; skoro ono samo jest jej *aktualnością*, jak powiedzieliśmy. A więc istnienie bytu i jego istota czysto możliwa, czyli poznawalna umysłowo, znajdują się w różnym stanie. A to właśnie znaczą różnić się co do *stanu*. Zatem różnią się co do *stanu*.

Z tego wypływa wniosek, że również aktualna istota bytu różni się co do *stanu* od istoty czysto możliwej.

Abyś zaś mógł zrozumieć tę odrębność co do *stanu*, zwróć uwagę na to, że rzecz, jak długo znajduje się jedynie w stanie idealnym, czyli poznawalnym umysłowo, jest bez rzeczywistej aktualności, i nie jest czymś określonym, chyba tylko w swym pojęciu, w którym jest niewątpliwie ujęta przez BOGA lub przez inny umysł. Kiedy zaś znajduje się w stanie aktualnym, to już jest z aktualnością

reali, ac proinde etiam extra ideam, & reipsa fit aliquid determinatum. Quo circa diversa illi in duobus hisce statibus conveniunt prædicata: non quidem, per quæ efficitur certi generis ens; sed ea, per quæ efficitur certo modo se habens, seu certi status, proptereaque diversum quid est, non quidem quoad rem, sed quoad statum.

Pro ulteriore declaratione distinctionis hujus exemplum idem, quod supra dedimus de domo quapiam fabricata & delineata, habere potes: eadem hic domus quoad rem: diversa tamen quoad statum; cum enim solum concipiatur ac delineatur, sola representatione est aliquid determinatum: at vero reipsa etiam determinatum quid est, postquam construatur.

Corollarium. Cum essentia intelligibilis ab actuali differat per statum, hinc de his possunt verificari etiam contradictoria: quod prima videlicet sit necessaria, secunda contingens &c...

Scholion 1. Quidquid contra hanc sententiam objicitur: retorqueri potest contra illam entitatem superadditam essentiæ; (de qua in fundamento). Præterea vid. Antit. Metaph. P. Joan. Ivanczycz. c. 2. §. v.

Scholion 2um. Ex hoc quod essentia actualis ab existentia non distinguatur, sequitur tantum creaturam per suam essentiam actualem formaliter existere, i. e. denominationem existentis accipere, non vero causaliter; quia essentia, ut ex intelligibili evadat actualis, eget causâ extrinsecâ, cum sit intrinsece ad existendum indifferens; seu in se non habeat rationem sufficientem suæ existentia.

8. *Definitio 8va.* Ens, quod habet essentiam tantum intelligibilem, vocatur, *ens potentiale*: si productam, *ens actuale*: *Determinatum* vero, quando ex duobus contradictoriis unum habet, alterum non habet.

Corollarium. Omne ens creatum, seu quod in natura datur, est determinatum: cum nec duo contradictoria in ente reali simul & semel esse, nec abesse possint. Hinc proverbium philosophicum: *Quidquid datur, determinate datur*; & alterum: *Nil est indeterminatum a parte rei*. Abstractum vero & intelligibile est indeterminatum ex ratione contraria. Sic homo dici potest & *dollus* & *indollus*, & *dives* & *non dives* &c. si particulariter sumatur: si universaliter, neutrum dici potest.

9. *Definitio 9na.* Ex contradictoriis unum est *positivum*, quod aliquid ponit in re, & dicitur *Realitas*;

rzeczywistą, a więc także poza pojęciem, i faktycznie jest czymś określonym. Dlatego przysługują jej różne orzeczniki w tychże dwóch stanach: wprawdzie nie takie, przez które staje się bytem określonego rodzaju, ale te, przez które powstaje jako mający się w pewien sposób, czyli będący w pewnym stanie, i dlatego jest czymś różnym, nie rzeczowo wprawdzie, ale co do stanu.

Dla dalszego objaśnienia tegoż rozróżnienia niech posłuży ten sam przykład, jaki daliśmy powyżej, o jakimkolwiek domu zbudowanym i narysowanym: dom rzeczowo jest ten sam, ale różny co do stanu. Gdy bowiem jest tylko pojęciowo ujęty i narysowany, to w tym przedstawieniu jest jakoś określony: ale przecież rzeczywiście określony jest dopiero po zbudowaniu go.

Wniosek. Skoro istota poznawalna umysłowo różni się stanem od aktualnej, przeto w stosunku do nich mogą się sprawdzać także zdania sprzeczne, że mianowicie pierwsze jest konieczne, a drugie przygodne itd. ...

Przyczynek 1. Cokolwiek by się zarzuciło temu twierdzeniu, można zarzut odwrócić przeciw owej bytowości dodanej istocie (o której mowa w *Fundamencie*). Ponadto zob. O. Jan Ivancics, *Wykłady metafizyki*, r. 2. § V.

Przyczynek 2. Z tego, że istota aktualna nie różni się od istnienia, wynika, że tylko byt stworzony istnieje *formalnie* poprzez swoją aktualną istotę, to jest otrzymuje nazwę istniejącego, nie zaś *przyczynowo*, gdyż istota potrzebuje przyczyny zewnętrznej, by z poznawalnej umysłowo mogła stać się *aktualną*, ponieważ jest wewnętrznie obojętna wobec istnienia, czyli nie ma w sobie wystarczającego powodu swojego istnienia.

8. *Definicja 8.* Byt, który ma tylko istotę poznawalną umysłowo, nazywa się *bytem możliwościowym*, jeśli wytworzona – to *bytem aktualnym, określonym* zaś, gdy z dwóch treści sprzecznych jedną posiada, a drugiej nie posiada.

Wniosek. Wszelki byt stworzony, czyli istniejący w świecie, jest określony, gdyż dwie treści sprzeczne nie mogą nigdy być i nie być równocześnie w rzeczywistym bycie. Stąd filozoficzne przysłowie: *Cokolwiek jest dane, jest dane w sposób określony* i drugie: *Nic w rzeczywistości nie jest nieokreślone*. To zaś, co abstrakcyjne i poznawalne umysłowo, jest nieokreślone z przeciwnego powodu. I tak człowiek może być nazwany i *uczonym*, i *nieuczonym*, *bogatym* i *niebogatym* itd., jeśli bierze się go jednostkowo, a jeśli ogólnie – żadnego z tych określeń nie można użyć.

Definicja 9. Z twierdzeń sprzecznych jedno jest *dodatnie*, ponieważ coś stwierdza w rzeczy i nazywa się *rzeczywistością*;

alterum *negativum*, quod negat in re, & dicitur *defectus*. Si realitas sit cum defectu aliquo mixta, est *limitata*, & *fnita*: si sine defectu, est *illimitata* & *infnita*.

Corollarium 1um. Realitas absoluta sine defectu seu illimitata est possibilis; nam realitas sine defectu est realitas sine negatione: quod est sine negatione, nullam involvit contradictionem; quod nullam involvit contradictionem, est possibile: ergo realitas illimitata est possibilis.

Corollarium 2um. Possibile est ens, quod habeat puram realitatem sine defectu.

Coroll. 3ium. Pura realitas sine defectu æquivaleret cuilibet excogitabili perfectioni; seu est qualibet positiva perfectio absoluta; aliàs si non: ergo tunc deesset illi hoc idem; in quo non æquivaleret: ergo non esset amplius pura realitas sine defectu contra hypothèsim.

Coroll. 4tum. Quare etiam possibile est ens in sua pura realitate omnes absolutas excogitabiles perfectiones possidens; seu absolute perfectissimum.

Coroll. 5tum. Si possibile est ens puram realitatem absolutam possidens, necessario etiam tale ens existit; si enim non existeret, ideo, quia egeret causa extrinseca ad existendum: si indigeret, eo ipso haberet aliquam defectum: ergo rursum non haberet puram realitatem.... ergo si possibile est ens puram possidens realitatem, non indiget alio ad existendum: ergo existit.

Coroll. 6tum. Si existit tale ens, erit actus purissimus; quia si quid haberet potentiale, deesset illi realitatis actus: ergo si est pura realitas &c..

10. *Definitio 10ma*. Tale ens, quod in sua possibilitate seu essentia fundat rationem sufficientem suæ existentie, vocatur *Ens a se*: ut dictum est supra.

ARTICULUS 3tius.

De entis veritate, bonitate, & unitate metaphysica.

11. *Definitio 11ma*. Quod omnia habet sua essentialia, est verum ens: igitur omne ens est metaphysice verum.

12. *Definitio 12ma*. Bonitas entis metaphysica est ejus essentialis perfectio.

a drugie – jest *ujemne*, ponieważ zaprzecza coś w rzeczy i nazywa się *brakiem*. Jeżeli rzeczywistość jest zmieszana z jakimś brakiem, to jest *ograniczona i skończona*; jeśli jest bez braku, to jest *nieograniczona i nieskończona*.

Wniosek 1. Rzeczywistość bezwzględna bez braku, czyli nieograniczona, jest możliwa, gdyż rzeczywistość bez braku to rzeczywistość bez zaprzeczenia: a co jest bez zaprzeczenia, nie zawiera w sobie żadnej sprzeczności; co nie zawiera żadnej sprzeczności, jest możliwe: zatem możliwa jest rzeczywistość nieograniczona.

Wniosek 2. Możliwy jest byt mający czystą rzeczywistość bez braku.

Wniosek 3. Czysta rzeczywistość bez braku jest równoważna jakiegokolwiek dającej się wymyślić doskonałości, czyli jest jakąkolwiek doskonałością dodatnią bezwzględna; w przeciwnym razie brakowałoby jej tego, w czym nie byłaby równoważna: zatem nie byłaby już więcej czystą rzeczywistością bez braku – co byłoby przeciw założeniu.

Wniosek 4. Zatem także możliwy jest byt posiadający w swej czystej rzeczywistości wszelkie do pomyślenia bezwzględne doskonałości, czyli bezwzględnie najdoskonalszy.

Wniosek 5. Jeżeli możliwy jest byt posiadający czystą rzeczywistość bezwzględną, to taki byt także koniecznie istnieje; gdyby bowiem nie istniał, to dlatego, że potrzebowałby do istnienia przyczyny zewnętrznej. A gdyby potrzebował, to tym samym miałby jakiś brak: więc znowuż nie miałby czystej rzeczywistości... Zatem, jeżeli możliwy jest byt posiadający czystą rzeczywistość, to nie potrzebuje innego do istnienia: a więc istnieje...

Wniosek 6. Jeśli istnieje taki byt, to będzie on najczystszy aktem, bo gdyby miał coś możliwościowego, to brakowałoby mu owego aktu rzeczywistości. A więc, jeśli istnieje czysta rzeczywistość, itd...

Definicja 10. Taki byt, który w swojej możliwości, czyli istocie, ugruntowuje wystarczającą rację swego istnienia, nazywa się *Bytem od siebie*, jak powiedziano wyżej.

Josephus Angiolini, *Institutiones philosophicae*, Połock 1819. *Metafizyki część pierwsza*, czyli *Metafizyka ogólna*, sekcja 1: *Ontologia*, Ćwiczenie 1: *O bycie w ogólności i jego przymiotach*, artykuł 2, s. 155-160.

Przełożył Franciszek Bargiel SJ

Copyright of Forum Philosophicum is the property of Forum Philosophicum and its content may not be copied or emailed to multiple sites or posted to a listserv without the copyright holder's express written permission. However, users may print, download, or email articles for individual use.